

aversione, & passione erga noviter introducendos Religiosos proponatur, æquum omnino apparet, & iustè à Pio V. statutum est, ut hæc Superioribus ædificare volentibus communicentur, quatenus exinde modestâ responsione, & exceptione quædam dilucidare, quædam dissolvere, atque, ubi opus est, se & suam Religionem defendere, famamque tueri, vel gravi præiudicio revera subsistente Religiosè acquiescere, & causam deserere prudenter valeant. Secus enim inauditi condemnari, inauditiq; adversum sibi iudicium non sine injuria pati viderentur.

54 Sexid habitis ex omni parte gravaminibus propofitis, & responsionibus, seu exceptionibus desuper factis, non ampliùs est necesse, nec decet, ut exceptionem, seu responsionem ædificare volentium denudò pro Replica communicet interesse habentibus; sed si gravamina opponentium, vel exceptionem, ac responsionem ædificare volentium in nada assertionem consistere deprehendat, decerpit ex Scripturis puncta, vel articulos, & quatenus opus est, afferentibus probationem imponat, dando cuius sufficientem ad probandum terminum: Quo elapso juxta allegata, & probata iudicet, ac determinet. Si verò statim ex prima oblata oppositione, & desuper factis responsione, aut exceptione gravamina revera subsistere, & probata videt, illicò sine ulteriori communicatione consentium negat; vel econtra concedat, si gravamina non subsistere, sed desicere deprehendit: sciendum namque, quòd legitimâ negandi causâ, seu gravamine non existente, Ordinarius consentium dare teneatur, juxta dicta numer. 42. Quòd si Episcopus consentium negat, causam negandi Superioribus ædificare volentibus manifestet, per textum Bullæ Pii V. n. 42. citatum.

55 Septimò, si dato per Reverendissimum Ordinarium consensu ædificandi, Religiosi præexistentes, vel alii interesse habentes legitime appellent, totum negotium ad S. Congregationem illicò devolvitur, nec ullo modo Ordinarius se ampliùs immiscere potest, nec Religiosi Ædificium incipere, nec possessionem accipere, nec materialia conveyere, nec aliud quidquam ad propositum aggredi valent, per dicta numer. 35 ex Bulla Gregorii XV §. fin. & Clementis VIII. Dicitur autem notanter legitime ob dicta numer. 35.

56 Quæritur VIII. Quid Juris, si monasteria, Domus, Residentie, aut loca Religiosa contra hæc tenus traditam Formam Constitutionum Pontificiarum n. 29. allegatarum, & Concilium Tridentinum erigantur? Et quæ penæ concedentium, & erigentium? Resp. I. Omnis Ædificatio, aut Erectio præfatorum locorum Religiosorum unâ cum omnibus pro eadem conducendis est nulla, irrita, & inanis, nec aliquod jus tribuit recipientibus, erigentibus, seu ædificantibus Religiosis ibi tem habitandis, aut manendis. Ita hodie unanimis ob Decretum irritans præfatis Constitucionibus appositum; quævis enim in Bulla Clementis VIII. & Gregorii XV. solùm irrita declaratur, & nulla, quæ sunt, & attentantur post Appellationem interpositam; amen quia Urbanus VIII. absoluit ac indistinctè irritum, nullum, ac inane declarat, quidquid contra formam præfatarum Constitutionum fieri quovis prætextu, vel causâ contigerit, Conclusio verificatur non solum de attentatis post Appellationem, sed etiam de factis ante Appellationem, imò est nulla Appellatio infructuosa, ut lo. cit. numer. 71. bene observat Passerinus, & clarè patet ex citata Bulla Urbani VIII.

57 Resp. II. Ordinarii locorum potestatem habent, Religiosos quoslibet contra sæpè dictarum Con-

stitutionum formam ac requisita, Monasterium, Domum, aut aliam habitationem Regularem perpetuam alicubi ædificantes, aut erigentes, aut recipientes, abigere, repellere, eos etiam per Censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, Appellationes postpositâ compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, ita expressè statuit Urbanus VIII. in Bulla nov. 29. allegata: conveniuntque ob claritatem textus DD.

Limita tamen Conclusionem in casu, quo Religiosi Monasterium, Hospitium, Domum, aut alium locum Religiosum tandiu jam possident, ut Præscriptioni sit locus: vi hujus enim sicut alia, ita & loca Regularia minus legitime acquisita, legitime retineri valent; cùm Præscriptio horum nullibi prohibita videatur. Quantum autem ad eam tempus requiratur, desume ex dictis Lib. 2. Tit. de Præscriptione. Illud etiam specialiter hic addendum, quòd Fratres Minores Regularis Observantie, vi Confessionis à Sixto V. factæ possint loca quæcumque, & qualitercumque recepta, & acquisita, licetè ac valide retinere, si illa jam ultra decem annos possiderint; imò etiam si infra decem annos ea possideant, dummodò in hoc ultimo casu eam cum licentia Ordinarii acquisiverint; consequenter effi per unum tantum, aut alterum annum, locum Regularem cum licentia Ordinarii pacificè possident, ampliùs molestari nequeant. Bullam per extensum vide apud Hyacinth. Donatum Tom. I. tr. 1. q. 12. quam etiam citat Landuscha §. Conventibus n. 10. Si verò absque licentia Ordinarii Monasterium, Domum &c. ædificarent, reciperent, & inhabitarent, possent æquè ac alii per Ordinarium abigi, si ultra decemium ibidem non essent; secus, si ultra decemium.

Resp. III. Si Episcopus ipsemet contra formam sæpè memoratam consentium ædificandi præbet, aut ædificari, seu erigi Conventum, Domum &c. Religiosam facit; peccat mortalitèr, utpote in re gravi violans Constitutiones Pontificias graviter obligantes: & nullitèr agit, uti patet ex citatis Bullis, alii autem penæ non subjacet; quia nulla invenitur in Jure.

Resp. IV. Superiores Regulares quicumque, & quòs-60 cumque nuncupantur nomine, ac alie persona, qui quovis prætextu, vel causâ etiam quantumvis privilegiatâ, nova Monasteria, Collegia, Domos, Conventus, & alia loca Regularia hujusmodi, sine expressâ Ordinariorum licentia, ac servata in omnibus & per omnia SS. Canonum, & Concilii Tridentini necnon Constitutionibus Clementis VIII. & Gregorii XV. (supra n. 29. allegatis) erigere, fundare, seu aliâs quomodolibet instituere, seu incepta finire, & absolvere audent, seu præsumunt, præter gravissimum inobedientie peccatum penas privationis vocis activæ, & passivæ, nec non Officiorum quorumcumque, ac inhabilitatis ad illas, & ad alia in futurum obtinenda, nec non etiam Excommunicationis ipsò facto incurunt. Ita in terminis præfata Bulla Urbani VIII. & ideo unanimis Doctorem.

TITULUS XLIX.

De Immunitate Ecclesiarum, Cœmeterii; & Rerum ad eas pertinentium.

1 Ratio Rubrica.

Postquam Compiler in præcedenti Titulo agit de ædificatione Ecclesiarum, recto ordine sub-

subjungit præsentem Titulum de Immunitate Ecclesiarum: & aliorum Locorum sacrorum; cujus occasione Doctores etiam sub eadem Rubrica de Immunitate Personarum Ecclesiasticarum agere solent; quos nos quoque imitabimur. Et quoniam materia hujus Tituli propriè Canonica, Clericis scilicet non tantum summe utilis, sed & necessaria est, eam paulò filius, ferventi tamen brevitate legibus, juvante Deo, tractare conabimur.

§. I.

De natura, & divisione Immunitatis: ubi quædam in specie de Immunitate locali.

SUMMARIUM.

- 2 Immunitas derivatur à munere: & munus quid?
- 3 Immunitas Ecclesiarum, & Ecclesiastica non sunt idem: passim tamen sumuntur pro eodem. Et n. 5.
- 4 Immunitas ut sic definitur.
- 5 Dividitur in localem, realem, & personalem.
- 6 Immunitas localis quid?
- 7 Hæc gaudent omnes Ecclesie auctoritate Episcopali erectæ, licet videri sint consecrate.
- 8 Nec divina in eis celebrata.
- 9 Item dic de Oratoris.
- 10 Sacris, & locis Ecclesie adherentibus.
- 11 Cœmeteria gaudent iis privilegiis, quibus Ecclesia.
- 12 In præfatis locis non possunt trahi cause Criminales.
- 13 Neque Civiles seculares.
- 14 Béné tamen Ecclesiastica.
- 15 Contractus quoque in dictis facti licet valeant, tamen sunt prohibiti.
- 16 Excepis, qui sunt ad promovendam devotionem fidei, uti est venditio candelarum, observatio practica.
- 17 Omnes actus profani, profanaque colloquia in Ecclesiis sunt prohibita.
- 18 Vim inferentes Ecclesia, & eam consulentes &c. ledunt Immunitatem, ac subjacent penis.
- 19 In Ecclesiis liciti sunt alius pietatem respicientes: ac Dispensationes publicæ.

2 Quesitur I. Quid ad præsens, & quotuplex sit Immunitas? Ante responsionem notandum I. Immunitatem derivari à ly Munus, quod præter alias significationes propriè Oaus, functionem, & obligationem alicui impostam, vel lege aut more incumbentem significat l. Munus. 18. §. l. Munus propriè. 214. ff. de V. S. ibi: Munus propriè est, quod necessarid obimus lege, move imperiove ejus, qui jubendi habet potestatem: unde qui à tali onere, aut obligatione liber aut exemptus est, immunis esse & immunitate gaudere dicitur, cit. l. Munus ff. de V. S. cum concordantibus. Sicut econtra, qui communium onerum, & numerum particeps est. Municipis dicitur L. 1. §. 1. ff. ad Municipal. ibi: Propriè Municipis appellantur munus partis per.

3 Advetendum II. Quòd quamvis multi Doctores (quos etiam in Theologia nostra Morali Tr. 12. Dist. 1. n. 3. sumus secuti) Immunitatem Ecclesiarum, & Immunitatem Ecclesiasticam confundant, ac pro eodem sumant, indeque unâ definitione eam describant dicendo: Immunitas Ecclesiastica est jus, seu exemptio, quâ Ecclesie, res, & persone Ecclesiasticæ à publicis muneribus, & oneribus secularibus sunt libera: & ita definitam Immunitatem ut sic dividunt in localem, realem, & personalem: tamen si strictè ac propriè loqui velimus, non sint idem, sed

quid diversum, uti benè advertit Riccius in præsi auctorea p. 2. Resol. 53. n. 2. quem sequitur Engel h. t. n. 2. & alii volentes, quòd per Immunitatem Ecclesiarum sola intelligatur Immunitas localis, competens Ecclesiis aliisque locis sacris juxta dicenda infra. Immunitas vero Ecclesiastica sit, & dicitur illa, quæ competit personis Ecclesiasticis, rebusque ad has personas, vel ad Ecclesias, aut loca sacra pertinentibus, arg. extravag. 1. §. Incendiariorum. de Privileg. ubi distincti poni videntur Immunitatis Ecclesiarum, & libertatis (id est Immunitatis) Ecclesiasticæ violatores; ut proin in materia penali, ubi termini strictè ac propriè accipiuntur, arg. c. Odis. de R. J. in 6. nomine Immunitatis Ecclesiarum non veniat Immunitas Ecclesiastica, & econtra, nisi expressè consistet de mente Legislatoris, & hanc doctrinam etiam idèò amplectimur; quia supra posita definitio Immunitatis ut sic ab Adversariis communiter data non convenit omni definito; cùm ut ex dicendis infra patebit, non possit aptari Immunitati locali, ac Juri Asyli, quæ tamen est membrum definiti, juxta ipsos Adversarios, qui Immunitatem, ut supra definitam, in localem, realem, & personalem tanquam species dividunt.

Resp. I. Immunitas ad præsens est Jus, quo Ecclesia, & alia loca sacra, nec non persone Ecclesiasticæ, ac res ipsarum libera ac immunes sunt à muneribus, & oneribus secularibus, atque ab actibus curiarum sanctitati, & reverentia debita repugnantibus. Ita desumitur ex doctrina n. præced. patetque ex dicendis infra arg. integr. Titul. h. t. Dicitur Jus loco generis. Dicitur, quo Ecclesia, loca sacra, persone, & res, ut quævis species Immunitatis includatur. Dicitur à muneribus, & oneribus secularibus, quæ particule in Immunitate reali, & personali verificantur. Additur, & actibus reverentia debita repugnantibus: ne à definitione excludatur Immunitas localis, quod totum magis patet ex dicendis.

Resp. II. Immunitas ut sic dividitur in localem, realem, & personalem. Ita in re communis; quamvis multi dividendo Immunitatem dicant, Immunitas Ecclesiastica dividitur; nos verò ly Ecclesiastica omitendo dicimus, Immunitas ad propositum dividitur dicitur: Ut proin, licet cum omnibus aliis concedamus Immunitatem esse triplicem, localem nempe, realem, & personalem, non tamen (strictè loquendo) fatemur Immunitatem Ecclesiasticam esse ita triplicem; cùm juxta dicta, & dicenda adhuc, Immunitas localis propriè non sit Ecclesiastica, sed Ecclesiarum, nec ei definitio Immunitatis Ecclesiasticæ à Doctores communiter data, & supra n. 3. allegata conveniat, benè verò definitio Immunitatis ut sic data n. præced. Cæterum fatendum, quòd in communi usu loquendi ac scribendi, ad præfatum differentiam non multum attendatur, sed Immunitas Ecclesiarum, & Ecclesiastica passim pro eadem sumantur, ac etiam Immunitas realis, Ecclesiastica appellentur, prout ipse quoque Gregorius XIV. in sua Bulla infra alleganda fecisse dignoscitur. Porro quid sit, & in quo consistat quævis ex præfatis tribus membris Immunitatis, fusiè patebit ex sequentibus. Intereâ scire sufficiat, Immunitatem localem esse, quæ locis, realem quoque rebus, personalem quæ personis competit. Exactius autem agendo in primis de Immunitate locali.

Quæritur II. Quid sit, & in quo consistat Immunitas localis, seu Ecclesiarum? Resp. Immunitas localis est jus competens Ecclesiis, aliisque locis Religiosis, vi cujus alius profani, & malefactores illuc confugientes in vita & membris protegentur, ita ut inde extrahi non possint. Ita in re communis, arg. c. Decet. h. t. in 7. & can. Non oportet. dist. 42. c.

c. Ecclesie. h. t. cum concordant. Atque diximus in Theologia nostra Morali Tr. 12. dist. 1. q. 2. n. 10. ubi etiam cum communi aliorum inferre non omissimus, quod in duobus precipue consistat, duosque effectus pariat Immunitas localis, videlicet I. Quod in locis sacris actus profani fieri nequeant. II. Quod illic confugientes malefactores tuti sint in vita & membris, per Jura citata. De primo in presentibus, de secundo in sequentibus agemus Paragraphis.

7 Quæritur III. Quænam loca gaudeant Immunitate locali in ordine ad actus profanos, quod hi in iis fieri nequeant? Et qui sint tales actus? Resp. I. Omnes Ecclesie etiam nondum sint consecrate, sed tantum benedictæ, vel autoritate Episcopi ad cultum Divinum, & Officia Divina deputatæ gaudent præfata Immunitate. Communis ac certa textu claro c. Ecclesie 9. h. t. ibi: Ecclesie in qua Divina mysteria celebrantur, licet adhuc non existerit consecrata, nullo modo privilegium Immunitatis admittunt. Ratio subjungitur; quia obsequiis Divinis dedicatas, nullis est tenerariis usibus profananda.

8 Ex qua ratione Abbas in cit. c. Ecclesie. h. t. n. 5. & ibi Fagnanus n. 8. atque Hostiensis v. Celebrantur, Sylvester v. Immunitas. 1. q. 1. dicto. 1. Covarruvias lib. 2. Variar. Resolut. cap. 20. n. 4. Azorius p. 2. lib. 9. cap. 3. q. 1. cum communi aliorum contra Glossam in idem c. Ecclesie. h. t. v. Celebrantur. inferunt, Ecclesiam hujusmodi gaudere Immunitate, etiam si Divina Officia in ea nondum sint celebrata; ed quod Pontifex pro causa, & ratione non alleget celebrationem Divini Officii jam factam, sed quia obsequiis, ac Officiis Divinis est dedicata, seu deputata: & merito, quia ex eo solo, quod Ecclesia autoritate Episcopi ad usus sacros sit deputata, jam existit locus sacer ac Religiosus; ita ut ad usus profanos redire, & applicari amplius nequeat, textu claro c. Ad hæc. 4. de Religios. domib. & diximus supra eod. n. 3.

9 Ex eadem ratione Barbosa in cit. c. Ecclesie. h. t. n. 10. & ibi Abbas n. 2. Butrius n. 3. Joan. Andreas n. 1. & alii communiter, Immunitatem hanc etiam Oratoriis autoritate Episcopi erectis tribuunt, non item Oratoris privatis autoritate Episcopi non erectis, nisi in eis ex privilegio Missæ fuerint celebrata; quod idem etiam supra Tit. de Religios. domib. n. 3. jam diximus.

10 Resp. III. Eadem Immunitate gaudent etiam loca, & habitacula Ecclesie adherentia, uti sunt Sacristia, porticus, atrium. Barbosa in cit. c. Ecclesie. 9. h. t. n. 7. Pirhing eod. n. 3. Tufchus v. Ecclesia. concl. 10. num. 3. arg. can. Si quis. 20. cau. 17. q. 4. & ibi Glossa v. Adherentibus. cum communi aliorum. Ratio est; quia quæ Religiosis adherent, etiam Religiosa sunt, L. 43. prin. ff. de Rei vindic.

11 Resp. II. Memorata Immunitate gaudent etiam Cœmeteria Ecclesiarum. Rursus communis ac certa ob clara Jura arg. c. fin. h. t. & c. 2. eod. in 6. ibi: Cessent in Ecclesiis earumque Cœmeteriis negotiationes, & precipue nundinarum, ac fori cuiusque tumultus, ac fori cuiusque tumultus: omnis in eis secularium judiciorum strepitus conquiscat, nulla inibi causa per Laicos Criminalis maxime agitur. Ratio est; quia universaliter Cœmeteria istem gaudent privilegiis, quibus Ecclesia, arg. c. 5. h. t. & ibi Abbas n. 5. cum communi.

12 Quæritur IV. Quinam actus profani prohibiti sint, & fieri nequeant in supra dictis locis sacris? Resp. Sequentes. Et quidem I. Sub pœna Excommunicationis prohibentur actus Judicibus secularibus agitare vel tractare causas Criminales, in quibus agitur de sanguinis effusione, vel pœna corporali, textu expresso c. Cum Ecclesia. 5. h. t. ibi: Cum Ecclesia Dei secundum Evangelicam veritatem domus orationis esse debeat, non spelunca latronum, aut san-

guinis forum: seculares Judices causas, ubi de sanguinis effusione, & corporali pœna agitur, in Ecclesiis, vel Cœmeteriis agitare sub interminatione Anathematis prohibemus. Ratio subjungitur: Absurdum enim est, & crudele, ibi iudicium sanguinis exerceri, ubi est tutela refugii constituta: & ibi DD. communiter. Notat tamen ibidem Glossa v. Anathematis. communiter recepta, hanc Excommunicationem non esse lateæ, sed ferendæ sententiæ. Nec afficere nisi criminaliter, ut præfertur, in Ecclesia procedentes, uti communiter notant DD. ed quod pœna non fit extendenda ultra formalia verba Legis, arg. c. Odia. de R. I. in 6.

II. Prohibitum etiam (sed non sub Excommunicatione) est secularia exercere judicia, seu Processus Civiles: textus expressus est in c. Decet. 2. h. t. in 6. ibi: In Ecclesiis earumque Cœmeteriis omnis (consequenter etiam Civilis) secularium judiciorum strepitus conquiscat, nulla ibi causa (consequenter nec Civilis) criminalis maxime agitur. Quod si contrarium attentetur, Processus Judicum secularium, ac specialiter prolata sententia omni careant roboris firmitate; ut ibidem statim subjungitur.

Notanter autem dicitur secularia Judicia; quia 14 judicia Ecclesiastica ibidem exercere, nullo Jure reperitur prohibentur, sed non tantum a sensu contrario, verum etiam positive concessam videtur, ut habet ibidem Glossa communiter recepta v. Secularium. arg. c. Qua fronte. 25. de Appellat. ubi Canonice, & honestum dicitur, in Ecclesia exercere Judicia Ecclesiastica. Ratio est; quia Ecclesia præsumere merito potuit, judicia Ecclesiastica minori cum strepitu, & minori tempore expedienda fore, simulque Judicem Ecclesiasticam adhibiturum majorem curam, et cuncta sine irreverentia loci fiant. Fatendum tamen cum Suarez de Relig. lib. 3. cap. 44. n. 11. Pirhing h. t. n. 7. & aliis magis decens, & conveniens esse, ut etiam Ecclesiastica Judicia non in Ecclesia, sed extra illam, v. g. in Episcopi palatio, vel camera, vel alio commodo loco fiant; id, quod hodie consuetudo & praxis passim vigens confirmat.

III. Prohibitum est in Ecclesiis, & Cœmeteriis 15 contractus, negotiationes, & nundinas facere, cit. c. 2. h. t. in 6. ibi: Cessent in Ecclesiis, earumque Cœmeteriis negotiationes, & precipue nundinarum, ac fori cuiusque tumultus: idque conformiter doctrinæ & exemplo Christi, qui Matth. 21. eiciebat omnes vendentes & ementes in Templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit, & dixit eis, Scriptum est, domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam, speluncam latronum. Verum quamvis negotiationes & contractus profani in Ecclesia fieri prohibeantur, consequenter sicut illiciti, tamen ibidem facti valent, & subsistant; uti in cit. c. Decet. 2. h. t. in 6. v. Processus, bene conservat Glossa, & docet cum communi aliorum Abbas, ed quod contractus hujusmodi nullibi irritantur in Jure sicut irritantur processus & sententiæ, c. Cum Ecclesia. 5. h. t. cuius Capituli constitutio cum sit odiosa, non est extendenda, arg. c. in pœnis, & c. Odia. de R. I. in 6.

Porrò non tantum validi, sed etiam liciti sunt in 16 Ecclesiis, ac Cœmeteriis contractus illi, qui principaliter fiunt ad promovendam devotionem fidelium; qualis est venditio candelarum. Sylvester v. Immunitas. 1. q. 2. v. Quinto. Azorius p. 2. lib. 9. cap. 9. q. 5. Pirhing h. t. n. 12. Angelus, & plures alii: dummodò fiant sine strepitu, & perturbatione, aut impedimento cultus, & Officii Divini, nec principaliter intendatur lucrum: hoc enim ubi concurreret, procul dubio negotiationes in Ecclesiis illicitas redderet, etsi aliqua pro cultu Divino distraherentur, arg.

arg. c. Decet. 2. h. t. in 6. ibi: Quæcumque possunt turbare officium, sunt proventus extraneæ: idque conformiter exemplo Christi qui Matth. 21. reprobavit negotiationes in Ecclesia factas, licet per eas vendebantur, quæ pro Sacrificio serviebant: quia nempe per eas impediabantur orationes, & cultus Divinus in Domo Dei. Hinc fit, quod etiam Sacra, seu potius materia Sacrorum, v. g. Numismatum, imaginum, & aliorum ad devotionem ferventium vendentes stent extra Ecclesiam, prout bene observat lo. cit. Sylvester.

17 IV. Universaliter ferme omnia vana, ac profana, præsertim quæ Divinum cultum, aut officium aliquo modo turbare possunt, aut ejus reverentiæ contraria sunt, in dictis locis specialiter sunt prohibita: prout ex sequentibus Juris textibus liquet, ut c. Cum decorem. 12. de Vita & honest. Cleric. ubi prohibentur in Ecclesiis fieri profani ludi Theatralis, præsertim in larvarum monitis, can. Non oportet. 4. dist. 42. ibi: Non oportet in Ecclesiis apogon facere, & intus manucare, & accubitus sternere, c. 2. h. t. in 6. ibi: Nullus in eisdem locis, in quibus cum pace, & quiete verè convenit celebrare, seditionem excitet, conclamationem moveat, impetumve committat. Cessent in locis illis universitatum, & societatum quarumlibet concilia, conciones, & publica parlamenta. Cessent vana, & multò fortius sæda & profana colloquia. Cessent confabulationes quælibet: suis postremò quæcumque alia, quæ Divinum possunt turbare officium, aut oculis Divinæ Majestatis offendere, ab ipsis proventus extraneæ. Simili modo statuit Concilium Tridentinum Sess. 22. in Decreto de Observandis, & evitantibus in celebratione Missæ, ibi: Ab Ecclesiis verò musicas eas, ubi sive organo, sive cantu lascivum aut impudicum aliquis miscetur, etiam jaculars omnes actiones, vana, atque aded profana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores arceant, ut Domo Dei vere deus orationis esse videatur, ac dici possit. Alia ratio allegatur, in cit. c. 2. h. t. n. 6. videlicet, quia Domo Dei decet sanctitudo: & ne ubi peccatorum est venia postulanda, peccandi deus occasio, aut deprehendatur, peccata committi.

18 V. Specialiter prohibentur, ac contra Immunitatem etiam localem est, Ecclesie vim, aut violentiam inferre, infringendo v. g. ejusdem fores; & multò magis recipiendo illius bona, arg. can. Omnes. 5. cas. Sicut. can. Quisquis. 21. cau. 17. q. 4. ubi transgressores non tantum sacrilegi dicuntur, sed etiam excommunicantur, & quidem ipso facto, si cum effractione spoliatio fiat. Concordat c. 22. de Sentent. Excommunicat. & ibi Glossa v. Excommunicatos. Pariter sacrilegi sunt, & pœnis Juris subjacent consulentes, & mandantes, ac alio modo cooperantes ad Ecclesiarum violationem, arg. cit. Omnes. 5. cau. 17. q. 4. & ibi Glossa v. Consentiant.

19 Resp. H. Licet, ac valide in Ecclesiis, ac Cœmeteriis, aliisque locis sacris fieri possunt actus extrajudiciales, vel voluntariæ jurisdictionis omnes illi, qui pietatem, aut devotionem promoveant, vel promovent. Barbosa lib. 2. I. E. V. cap. 3. n. 11. & 12. Abbas in c. Cum Ecclesia. 5. h. t. n. 6. Pirhing eod. n. 11. Hinc in specie, licita ibidem sunt pia ac honesta spectacula. Sylvester lo. cit. n. 7. ad finem, org. can. Semp. 51. de Consecrat. q. 2. Item Disputationes litterariæ publicæ, ed quod scientia donum Dei, & res sancta, ac necessarium sit medium ad pietatis, & virtutum opera ritè peragenda. Ex qua ratione licite in Ecclesiis conferuntur gradus Doctoratûs, aut Magisterii. Abbas lo. cit. Azorius lo. cit. q. 4. Joan. Andreas in c. Decet. h. t. in 6. & Communis, arg. L. 1. §. Proinde ff. de Variis, & extraordinar. Cognit. Licet enim ibidem esse pupillo, & Minor Tutorem, ac Curatorem dare, Anchara Responjuel Jus Can. Tom. III.

nus in cit. c. Cum Ecclesia. 5. h. t. Azorius p. 2. lib. 9. cap. 9. q. 3. quia hoc impurat a ctus pietatis.

§. I I.

De Jure, seu Immunitate Asyli: ac de locis, quibus competit.

S U M M A R I U M.

- 20 Jus Asyli quid?
- 21 Est constitutum Jure Civili, ac Canonico.
- 22 Non item Naturali.
- Jus naturale semper firmum, ac immutabile permanet.
- 23 Nec est de Jure positivo Divino. Et n. seq.
- 24 Contrarium est probabile.
- Immunitatis Asyli violatores de Jure Civili plectuntur capite. Ibid.
- 25 Contra Jus Asyli valet consuetudo.
- 26 Dummodo non nimium id lædat.
- Facta non præsumuntur, sed probari debent. Ibid.
- 27 Asylò gaudent omnes Ecclesie auctoritate Episcopi erectæ, etiam non consecrate: etsi interditiæ sint, aut pollutæ.
- 28 Item omnia eidem adherentia loca & ædificia, uti turris, campanile, porticus, atrium &c.
- 29 Adherens muro Ecclesie, vel tenens januam ejus, vel velles, gaudet Asylò.
- 30 Existens intra 40. passus ab Ecclesia majori, vel 30. ab Ecclesia minori, gaudet Asylò.
- 31 Etsi Ecclesia in Civitate, non item si intra muros Castellii existat.
- 32 Quomodo computentur passus dicti, si Cœmeterium Ecclesie contiguum est?
- 33 Domus quoque Clericalis interjacens, non item Latialis gaudet Asylò.
- 34 Intra præfatos passus gaudet quis Asylò, sive ab extra illuc fugiat, sive ab Ecclesia progrediat. Et n. præced.
- 35 Solvitur instantia.
- 36 Non existit contra hoc consuetudo: & existens probari debet.
- 37 Observatio prædicta circa Reos in simili spatio existens.
- 38 Cœmeterium gaudet Asylò.
- 39 Etsi separatim sit ab Ecclesia.
- 40 Dummodò auctoritate Episcopi sit erectum, quod in dubio post Sepulturam præsumitur.
- 41 Asylò gaudent Oratoria.
- 42 Etiam in domibus privatorum, si autoritate Episcopi fuerit erecta. Et n. seq.
- 43 Monasteria, & omnia loca intra ejus septa.
- 44 Non item loca extra septa Asylò gaudent.
- 45 Omnia loca Religiosa, uti Hospitalia, Nosocomia &c. gaudent Asylò.
- 46 Fugientes ad SS. Eucharistiam Sacramentum, dum portatur ad infirmum gaudent Asylò.
- 47 Etsi tantum se associant Comitantibus.
- 48 Limitatur in Reo, ad quem in carcerem portatur SS. Eucharistia.
- Recipients Eucharistiam, ex eo non gaudet Asylò nec fugiens ad Oleum sacrum. Ibid.
- 49 Domo Episcopi gaudet Asylò.
- 50 Etsi non existat intra 40. passus Ecclesie Cathedralis.
- 51 Quid de Domibus Cardinalium.

Diximus in præcedenti Paragrapho num. 6. Immunitatem Ecclesiarum, seu localem præter jam enumeratum, etiam illum habere effectum, quod contigentes ad loca sacra malefactores tuti sint in vita, & membris: uti effectus Jus, seu Immunitas

nias Aſyli dicitur: de quo ſpecialiter præſens, & ſequentes Paragraphi erunt.

20. Queritur I. Quid fit Immunitas, ſeu Jus Aſyli, & quo Jure introductum habeatur? Reſp. I. Jus, ſeu Immunitas Aſyli eſt Jus Eccleſiæ, & ſacris, nec non aliis quibusdam locis competens, confugienti- bus ad ea malefactoribus ſecuritatem præſtans ad hoc, quòd inde violenti extrahi non poſſint, nec in vita, nec in membris puniri valeant. Eſt in re Communis, arg. c. Inter alia, 6. h. t. cujus textum vide n. ſeq. & patebit ex dicendis infra. Solum interea notanda verba, Nec non aliis quibusdam locis, ad denotandum, non ſolum Eccleſiis, & locis ſacris, ſed & aliis profanis quoque quibusdam locis ex privilegio Apoſtolico competere poſſe Jus Aſyli, prout infra.

21. Reſp. II. Jus, ſeu Immunitas Aſyli, eſt Jure duntaxat humano Civili, & Canonico introductum, non item naturali, nec Divino. Covarruvias lib. 2. Vartar. Reſolut. cap. 20. n. 2. Layman lib. 4. ir. 9. cap. 3. n. 1. q. 1. Sanez Tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 8. n. 9. Sannig h. t. cap. 2. n. 1. Zoëſius b. t. n. 6. Engel h. t. n. 7. Pirhing eod. n. 15. cum Comuni aliorum quos jam ſecuti ſumus in noſtra Theologia Morali Tr. 12. Diſt. 2. n. 2. contra Delbene de Immunitate & Jurisdiction. Eccleſ. cap. 16. dub. 8. n. 2. ubi illud Juri naturalis eſſe aſſerit, & contra Fagnanum in Appendice de Immunitate. cap. 2. n. 9. Decium, & Tuſchan, exiſtantes eſſe Juri Divini poſitivi. Probatur Concluſio imprimis, quòd fit Juri huma- ni Civili, & Canonici, ex toto Titulo præſertim L. 2. §. 6. C. de Hiis, qui ad Eccleſias confugunt, & Novell. 17. cap. 7. & c. Intra, 6. h. t. ubi: Fugiens ad Eccleſiam quantumcumque gravia maleſcia perpetraverit, non eſt violentus ad Eccleſiam extrahendus, nec inde damnari ad mortem, vel ad poenam (corporalem, ut habet ibi Gloſſa v. Punienus) ſed Rectores Eccleſiarum ſibi obtinere debent membra, & vitam: ſuper hoc tamen, quòd iniquè fecit, eſt aliàs legitime puniendus. Concordat c. ſin. eod. item can. Miror. 8. can. Reum. 9. can. Nullus. 19. can. 20. & plures alii cau. 17. q. 4.

22. Probatur, quòd de Jure Divino naturali non fit; quia, ut argumentatur Covarruvias lo. cit. licet Jure Divino naturali præceptum fit, Deum colendum, ſacrificis locis reverentiam eſſe exhibendam, tamen ex hoc ritè non inferitur Jus Aſyli; cum extractio Rei à loco ſacro, ut debitas luat poenas, quantum eſt ex ſe, nec contra cultum Divinum, nec contra reverentiam ſacro loco debitam militet, nec intrinſecè mala, ſed potius conformis fit Juri Divino naturali, volenti, ut crimina debitis coercantur poenis, & non maneant impunita; cum aliàs bono publico, ac innocentibus contra malefactores per dictum Jus ſufficienter non eſſet proviſum. Confirmatur: ſi Jura Aſyli eſſent de Jure Divino naturali, nunquam potuiſſent, nec adhuc poſſent mutari; quia Jura naturalia ſemper firma, & immutabilia permanent, ut dicitur §. Sed naturalia. 11. Inſtit. de Jure natural. Gen. & Civil. nec potuiſſent ab aliquo etiam Papa minui, immutari, aut diſpenſari; cum inferior in legem ſuaverioris nullam habeat poteſtatem Clem. Ne Romani de Elect. Neque potuiſſent conſuetudine abrogari, aut eis in aliquo derogari, utpote quæ contra Jus Divinum nihil valet, c. ſin. de Conſuetud. Atqui Jus Aſyli per Pontificem fuiſſe immutatum, quoad certa crimina & perſonas reſtrictum, ac limitatum, textu claro c. Inter alia, 6. h. t. & patebit adhuc magis ex Bulla Gregorii XIV. alleganda infra num. 82. Fuit inſuper eodem variis in locis conſuetudine derogatum, teſte Barboſa lib. 2. l. E. V. cap. 20. n. 82. Layman lib. 4. ir. 9. cap. 3. n. 2. & alii; ergo. Hiis accedit

textus cit. c. Inter alia, 6. h. t. ubi Pontifex vult, in materia Aſyli procedendum ac diſtinguendum eſſe juxta ſacrorum ſtatuta Canonum, & traditiones Legum Civilium, conſequenter non juxta Jus Divinum naturale.

Probatur tandem, quòd neque Jure Divino poſitivo fuerit inſtitutum; quia nulla ſimilis Lex, aut Jus poſitivum, aut traditio ab Apoſtoliſ accepta extat: quamvis enim in antiquo Teſtamento per Legem poſitivam Divinam certa loca habeant Jus Aſyli, tamen, quia hæc Lex fuit una inter Cæremoniales (quæ una cum Judicialibus per Legem gratiæ expirarunt) & à Chriſto in novo Teſtamento renovatum nullibi reperitur, nihil contra Concluſionem probat.

Objicies Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de Re. 24. form. cap. 20. ubi ait: Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum Immunitatem NB. Dei ordinatione, & Canoniciſ Sanctionibus conſtituam eſſe. cui concordat c. Quamquam. 4. de Cenſur. in 6. ubi etiam contraria conſuetudo vocatur Corruptela, & textus Auguſtini Sermon. 5. de Dedicat. Eccleſ. ubi aſſerit, Grandem injuriam Religionis, & Divinitatis offenſam eſſe qualamcumque fugientem ad domum Dei à ſacris liminibus, id eſt, de ſinu Matris exillere, & arcam, communis expugnare refugii. Reſp. Concordando Jura Juribus, textum Concilii Tridentini, & c. Quamquam. non loqui de Immunitate locali Aſylorum, ſed de Immunitate Eccleſiaſtica, ſtrictè dicta, reali nempe ac personali, id eſt de Immunitate perſonarum Eccleſiaſticarum, & rerum ad eas, vel ad Eccleſias pertinentium, quam de Jure Divino aſſe- ripmet docemus infra. Quòd ſi quis contendat, ſaltem Concilium Tridentinum lo. cit. (nam c. Quamquam, apertè loquitur de Immunitate reali ac personali) etiam de Jure Aſyli loqui. Reſp. Concilium plus non velle, quàm quòd loquendo de Jure Aſyli, id ad imitationem Legis Divinæ veteris, Divinoque inſtinctu per Canonicas Sanctiones fieri conſtitutum: quã reſponſione duplici etiam alia ſimilia Jura ſolvi poſſunt ac debent: tum ob fundamenta n. 22. & 23. allegata: tum ut, quòd fieri oportet c. Cum expediat. de Election. in 6. Jura Juribus concordentur.

Fatendum nihil minùs, quòd licet ſententia 25. Concluſionis noſtræ communior fit, ac probabilior videatur, tamen etiam contraria dicens, Jus Aſyli etiam in novo Teſtamento eſſe Juri Divini naturalis, vel poſitivi, non improbabiliter eſſe: tum ob textus præced. num. citatos: tum quia apud omnes ferè Gentes vigeat, prout patet non ſolum ex integro Tit. C. de Hiis, qui ad Eccleſ. confug. ſed etiam ex Jure Regio Francorum, & Hiſpanorum, teſte Gonzalez in c. Inter alia, h. t. n. 9. & Legibus Longobardorum, ac Capituli Caroli Magni apud Tholos. Syntag. lib. 33. cap. 31. Legibus Gothorum apud Joan. Magnum lib. 23. Hiſt. Goth. cap. 21. & 22. Anglorum apud Polyd. Virgil. lib. 1. Hiſt. Angl. Saxonum Occidentalium, aliarumque Gentium, ut videre eſt apud Covarruviam lo. cit. cap. 20. Gonzalez lo. cit. & alios; ex quo non obſcurè deſumitur, inſtinctu & lumine naturali dicantæ æquum, juſtum, ac debitum fuiſſe judicatum, ob reverentiam Eccleſiis, & locis ſacris debitam, illuc conſugientes malefactores extrahi non poſſe, ſed tutos in vita, & membris eſſe. Confirmatur ex gravitate poenarum tranſgreſſoribus conſtitutarum etiam à Jure Civili, utpote quod eos, qui contra Jus Aſyli aliquid moliri, aut facere, aut nudè ſaltem cogitatione atque tractatu auſi fuerint tentare, capitali, & ultimi ſupplicii animadverſione peccandos eſſe, in terminis præcipit l. Præſenti. 6. C. de Hiis, qui ad Eccleſ. confug. Imò L. 2. C. eod. lancit Aſyli violato- rem,

rem; Malefactis crimine eſſe retinendum, quæ poenarum gravitas æquitatem & obligationem naturalem Legis non obſcurè innuit.

26. Cæterum ex concluſione inferitur cum Barboſa lib. 2. l. E. V. n. 82. Engel h. t. n. 9. Covarruvia, & aliis, quòd circa Jus Aſyli attendi etiam poſſit, ac debeat conſuetudo legitime præſcripta, hoc ipſo, quòd non fit de Jure naturali, nec Divino, ſed duntaxat humano, contra quòd valida & licita eſt conſuetudo, c. ſin. de Conſuetud. Nec obſtat, quòd ad talem conſuetudinem deſicit expreſſus conſenſus Papæ, & conſuetudo contra Immunitatem Eccleſiaſticam videatur à Jure reprobata, ac annullata c. 4. de Cenſur. in 6. & in judicio contradictorio nunquam fit aſſerta aut confirmata, ob quæ fundamenta Sperel Decif. 103. n. 45. Gutierrez Præcl. qq. lib. 1. q. 1. n. 12. & alii putant, Jura Aſyli in nullo derogari poſſe. Nam contra eſt, quòd conſuetudine etiam contra legem legitime inducendam non requiritur expreſſus Principis conſenſus; nec judicium contradictorium, prout amplius diximus lib. 1. Tit. 4. de Conſuetud. §. 7. n. 136. 139. & 145. Jura autem conſuetudinem contra Immunitatem Eccleſiaſticam reprobantia, vel annullantia loquantur de Immunitate locali: ac personali, non item locali Aſylorum; vel ſi etiam de hæc mentionem faciunt, annullent ſolummodo conſuetudines præteritas, non item futuras, quæ licitè & validè induci poſſunt contra legem, eſt per clauſulam non obſtantem quæcumque conſuetudine præcedentes conſuetudines ſunt ſablatæ, uti pariter patet ex dictis lib. 1. Tit. 4. de Conſuetud. ac docet cum aliis Pirhing eod. n. 66.

27. Fatendum nihil minùs cum Engel b. t. n. 9. non eſſe huic conſuetudini favendum, ſi Jura Aſyli nimirum deroget, vel id ex toto tolleret, eò quòd non tantùm Jure Canonico, ac Civili firmiter ſit conſtituta, ſed etiam moribus Gentium ab omni ævo ſtabilita, ac inſuper ratione venerationis Eccleſiis, lociſque ſacris debite fundata, indeque ad dictamen aliquod naturale propè accedit, prout diximus n. 25. Illud certum eſt, quòd in dubio conſuetudo contra Jus Aſyli non præſumatur, ſed probari debeat, cum ſit facti: factum autem regulariter non præſumitur, ſed indiget probatione, Arg. L. 2. ff. de Probat. & L. 1. C. eod. juncto c. Cum in Jure de Offi. & præſtat. Judic. delegat.

28. Queritur II. Quænam loca gaudeant Immunitate, ſeu Jure Aſyli? Reſp. ſequente. I. Omnes Eccleſiæ autoritate Episcopali erectæ. Communis ac certa per jura n. 21. citata, eſt nondum ſint conſecratæ, textu expreſſo c. Eccleſiæ. 9. h. t. cujus textum vide ſuprà n. 7. Imò, eſt in iis Divina adhuc non ſint celebrata, prout docet n. 7. citati DD. per jura ac rationes ibidem allegatas. Procedit Concluſio, licet Eccleſia aliqua fit interdita, aut violata, ſeu polluta. Abbas in cit. c. Eccleſiæ. 9. b. t. num. 8. Layman. lib. 4. ir. 9. cap. 3. n. 2. Sylveſter v. Immunitas. t. q. 1. dicto 2. Pirhing h. t. n. 3. eò quòd tales Cenſuræ, ac juris impediendæ utpote odioſa & poenalia non debent extendi ultra caſus expreſſos, Arg. c. In panis, & c. Odià. de R. J. in 6.

29. Porro ad Eccleſiam reducantur, Jureque Aſyli gaudent cuncta illa loca, quæ Eccleſiæ fabrica, ei- que interdus & exterius conjuncta ſunt adhærentia, atque ad eam ſpectantia ædificia comprehendit, uti ſunt Sacriſta, Torris, Atrium, Porticus. Campanie &c. Barboſa lib. 2. l. E. V. cap. 3. n. 62. Layman lib. 4. ir. 9. cap. 3. n. 2. Tuſchan v. Eccleſia. Concl. 9. n. 1. & 7. & Concl. 10. Arg. l. Patent. 3. C. de Hiis, qui ad Eccleſ. confug. & can. Id conſtitutum. 17. cau. 17. q. 4. ibi: Eccleſiaſtiſ Canonis, & lex Romana conſtituit, ut ad Eccleſiæ arſis reos abſtrahere omnino non liceat, inſerito can. Si quis contumax 29. ead. Reiffenſuel Jus Can. Tom. III.

cauſ. & q. ibi: Si quis contumax, aut ſuperbus timorem Dei, vel reverentiam ſanctiarum Eccleſiarum non habuerit, & fugientem de arſe Eccleſiæ, vel de porticibus quomodolibet Eccleſiæ adhærentibus per vim abſtraheret &c. publicè poenitentia mulletur. Concordant can. Sicut antiquitus. 6. can. quifquis 21. & can. Deſinitur. 37. ead. cauſ. & q. Ratio eſt; quia quæ Religioſis adhærent, Religioſa ſunt, l. que Religioſis. 41. ff. de Rei vindicat.

Nec obſtat, quòd in præſatis locis contingens incurioſa languinis, vel ſeminiſ eſſi ſio non violet, vel polluat Eccleſiam; conſequenter hæc loca nomine Eccleſiæ non videantur venire. Nam contra eſt, quòd licet ſpecificata loca in odioſis, cujſmodi eſt violatio ejuſdem, non veniant nomine Eccleſiæ, veniant tamen in favorabilitis, qualis etiam eſt immunitas ejus localis; quia odia reſtringit, & favores, convenit ampliari, c. Odià. 15. de R. I. in 6.

Ob paritatem rationis Jure Aſyli gaudet, ita ut violentè abſtrahi non valeat, qui ad Eccleſiam fugere volens, clauſam ejus januam reperit, indèque ſaltem januam, vel ejus ſeram, aut vedes tangit. Barboſa lo. cit. n. 65. Layman lo. cit. Covarruvias lib. 2. vartar. Reſolut. cap. 20. n. 18. Jacob. Pignat. Tom. 6. conſult. 4. n. 81. & ſeqq. ubi ad propoſitum aſſert Declarationes, ac Decreta S. Congregationis præſentis tenoris: Inixus ſtipiti portæ Eccleſiæ gaudet Immunitate, in America 28. Maji. 1628. Item Evadens è manibus Birrariarum, & adhærens valvis Eccleſiæ, gaudet Immunitate, in Firmana 17. Julii 1677. Item, Tenens annulum ſubvarium Eccleſiæ, gaudet Immunitate. 7. Septembris 1638. Item, & quidem eò magis dicendum eſt de exiſtente in teſto Eccleſiæ, Barboſa lo. cit. n. 18. Diana p. 3. tr. 1. Reſolut. 73. Sperel. Decif. 63. n. 3.

Item dic de eo, qui aliam partem Eccleſiæ exterioriorem v. g. parietem ejus tangit. Barboſa lo. cit. n. 65. Diana lo. cit. Bonacina Diſp. 3. in Decalog. 3. puncti 4. n. 5. Riccius in præxi Tom. 3. Reſolut. 560. n. 8. Navarrus in Junn. Bull. de Immunitate n. 16. ac plures alii. Tum quia Privilegia Immunitatis ſunt amplianda. c. Odià. de R. J. in 6. Tum quia talis revera jam adhæret loco ſacro, Eccleſiæ. Tum etiam & vel maxinè, quia Jus Aſyli ad 40. vel plures paſſus per circuitum Eccleſiæ extenditur, can. Sicut antiquitus. cau. 17. q. 4. ac magis dicitur infra. Et quamvis non deſint contrarium tenentes, tamen non video, quo fundamento ſolido, præſertim cum eorum plures admittant, apprehendentem, vel tangentem clauſas portas Eccleſiæ, vel ejus vedes tenentem, item exiſtentem in teſto, vel ſcalis Eccleſiæ Aſylo gaudere; non enim appareat, cur tangens januam Eccleſiæ gaudeat Aſylo, & non gaudeat tangens parietem ejus; cum hæc non minùs ac illa ſit pars Eccleſiæ, & tangens parietem non minùs dicatur adhære loco ſacro, quam tangens Eccleſiam, aut in ejus ſcala, vel teſto exiſtens: nec major appareret ratio ampliandi & extendendi Jus Aſyli tanquam quid favorabile ad tangentem portas Eccleſiæ clauſæ, quàm ejus parietem, conſequenter quod de uno, etiam de altero dicendum videatur, hoc ipſo, quòd ubi non diverſa, ſed eadem eſt ratio, eadem ſit Legis diſpoſitio, l. Non poſſunt. ff. de Legib. Et ita binè jam vice declaravit S. Congregatio apud Jacob. Pignat. Tom. 1. Conſult. 4. n. 82. illis verbis: Adhærens muro Eccleſiæ gaudet Immunitate in America 18. Februarii 1632. & in Camerin. 13. Julii 1638. poſt hæc Declarationes, ac Decreta non amplius audiendi ſunt contrarium docentes, vel in dubium vocantes, quibus conſentire videtur doctiſſimus R. P. Jacobus Wiefner in ſuo Jure Aſylorum p. 2. a. 1. à n. 19.

Inſuper ad Eccleſiam quodammodo reducitur, & Immunitate Aſyli gaudet ſpatium terræ per 40. paf-

passus Ecclesie Majori, seu Cathedrali, & per 30. passus Ecclesie minoribus, vel Capellis adiacens, Covarruvias lo. cit. n. 5. Fagnanus in c. Ecclesia. h. t. n. 16. & ibi Abbas n. 10. Sylvester v. Immunitas. 3. n. 1. Barbosa in c. Sicus. antiquitus. 6. cau. 17. q. 4. & ibi teste Fagnano Doctores omnes, Arg. cit. can. Sicus antiquitus. 6. cau. 17. q. 4. ibi: Statuimus, ut Major Ecclesia per circuitum 40. passus habeat: Capella vero, vel minores Ecclesie 30. qui personam inde subtraxerit, excommunicetur. Concordat can. Definit. vii. 25. ead. cau. & q. & utrobique glossa.

32 Verum hoc Jure Asyli non gaudet Ecclesie, vel Capelle, que sunt intra ambitum murorum Castellorum, uti expresse habetur can. Quisquis. 21. cau. 17. q. 4. & observat Glossa in c. Sicus antiquitus. ead. cau. & q. atque docet Fagnanus lo. cit. n. 17. Covarruvias lo. cit. n. 5. Sylvester lo. cit. & alii communiter. Ratio est; quia hoc in talibus Ecclesiis, vel Capellis ob angusti am loci observari regulariter non potest, ed quod alias Immunitas subinde totum Castellum absorberet, hocque totum Asyli Jure gaudeat: que ratio cum non procedat de Ecclesiis, vel Capellis intra muros Civitatum, vel Oppidorum existentibus, neque illas, uti existentes intra muros Castellorum quoad adjacentes passus ab Immunitate excludat, imò nullam de eis mentionem faciat cit. can. Quisquis. 21. cau. 17. q. 4. idè prælate Ecclesie, & Capelle etiam intra muros Civitatis, vel Oppidi existentes, Jure Asyli in circuitu dictorum passuum æquè gaudent, ac existentes in Pagis, aut apertis campis, uti contra Archidiaconum in cit. can. Quisquis. (quem secutus est Haunoldus de Jur. & Justit. Tom. 6. n. 152.) bene docet Covarruvias cit. lib. 2. varior. Resolut. cap. 20. n. 5. & sequuntur reliqui DD. citati, ac merito; quia Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, c. 22. de Privileg. ac ubi Jus non distinguit, nec nos distinguere debemus. Accedit Declaratio S. Congregationis apud Jacob. Pignatell. Tom 6. consuet. 6. n. 87. edita in Narrien. 17. Julii 1663. Captus in platea Ecclesia Cathedralis gaudet Immunitate: per quam aperte improbari videtur sententia Archidiaconi, & Haunoldi, hoc ipso, quòd Ecclesie Cathedralis à potiori in Civitatibus muro cinctis existant. Et hinc que in Theologia nostra Morali Tr. 12. Dist. 2. n. 9. lequentes Archidiaconum diximus, quoad Ecclesias intra muros Civitatis positas, præsentem doctrinam conformiter correctum volumus.

33 Licet Archidiaconus in can. Si quis contumax. cau. 17. q. 4. & Abbas lo. cit. n. 19. docere videantur, in Ecclesiis habentibus contiguum Cœmeterium, vel murum cingentem, dictos passus strictè non esse numerandos, sed illud solum spatium, quod muro ambitur, vel in quo Cœmeterium consistit, Asyli gaudere, adeò ut si tale spatium solummodò 20. v. g. passus comprehendat, spatiorum reliquorum 20. vel. 10. passuum extra non amplius attendatur. Tamen Fagnanus lo. cit. n. 18. citans Joan. de Vilch de Immunitate Eccles. n. 59. verius judicat Immunitatem etiam extra illud spatium extendi, si Ecclesie Cœmeterium, aut ambitus muro circumdatus 40. in Majori, aut 30. in Minori Ecclesia non continet, ut proin in casu, quo Ecclesie Majoris Cœmeterium solummodò 30. Minoris verò Ecclesie 20. v. g. continent passus, etiam in spatio 10. passuum extra Cœmeterium quis Asyli gaudeat, arg. cit. can. Sicus antiquitus. & can. Definit. cau. 17. q. 4. Quòd si verò Cœmeterium Ecclesie designatus Juris passus jam continet, vel superet, utique exterius spatium Asyli non gaudeat, vel superet, utique exterius spatium Asyli non gaudeat, vel superet, utique exterius spatium Ecclesie, non item Cœmeterio adiacenti spatio 40. vel 30. passuum concedantur Asyli.

34 Illud etiam cum Fagnano lo. cit. & aliis advertent-

dum, privilegium dicti spatii non se extendere ad domos extraneas Laicales, que infra dictos passus existunt, arg. cit. can. Definit. bene verò ad domos Clericorum Ministrorum Ecclesie can. Quisquis. 21. cau. 17. q. 4. ibi: Vel domos (Clericorum nempe Glossa ibid.) que infra dictos passus fuerint. Cœmeterium sicut qui fugiens venit ad præfatum spatium 40. vel 30. passuum penes Ecclesiam Asyli gaudet, sic etiam, qui postquam ad ipsam Ecclesiam confugit, & in ea existit, eodem gaudet, etsi egredietur Ecclesiam, & moretur, vel deambulet intra dictum spatium, ita ut inde violenter abstrahi non possit; dummodò non sic, vel deprehendatur in domo extranea Laicali intra memoratum spatium 40. vel 30. passuum existentibus; prout expresse dicitur cit. can. Definit. 45. cau. 17. q. 4. cui conclusat Concilium Tolentanum 12. quod can. 10. ita statuit: Illis ipsis, qui Ecclesiam, per omnia locum in 30. passibus ab Ecclesia progredi, in quibus 30. passibus cujuscumque Ecclesie in toto circuitu defendatur. Hoc etiam inde patet, quòd non sit major ratio, cur ab extra fugiens ad præfatum spatium gaudeat Asyli, & non ab Ecclesia ad illud rediens, ibique manens, & econtrà; ergo.

Imò Haunoldus de Jur. & Justit. Tom. 6. n. 152. 35 docet illos tantum, qui ad Ecclesiam Asyli fruenti gratia jam confugerunt, ibique existunt, in præfato spatio 40. vel 30. passuum gaudente Jure Asyli, si ex Ecclesia, ubi existunt, ad illud necessitate naturalis causâ exeunt, vel progrediuntur. Arg. can. Definit. 35. cau. 17. q. 4. Verum hæc doctrina adversatur non tantum can. Sicus antiquitus. 6. cau. 17. q. 4. ubi indistinctè cuiusvis infra spatium 40. vel 30. passuum existentium conceditur Jus Asyli, sed etiam S. Congregationis Decreto, quo pariter indistinctè jubetur servari Asylum intra spatium 40. vel 30. passuum, saltem in Cathedralibus, ac Collegiatis Ecclesiis, uti videre est apud Fagnanum lo. cit. Item & aia S. Congregationis Declaratio supra n. 32. allegata. Insuper adversatur DD. citatis, & communibus aliorum, præsertim in cit. can. Sicus antiquitus: Imò ibidem, omnium, teste Fagnano, qui talem indistinctè docent, existentem in memorato spatio 40. vel 30. passuum gaudente Asyli, sive dein ab extra illic confugiat, sive ab Ecclesia ad illud progrediatur. Accedit, quòd ut jam dictum, non major, vel diversa, sed eadem ratio de uno ac de altero, consequenter eadem sit Juris dispositio, ut proin audiendus in contrarium non sit Haunoldus lo. cit.

Ad can. Definit. 35. cau. 17. q. 4. respondetur, 36 per illum probari quidem, quòd progredientes ab Ecclesia intra spatium 40. vel 30. passuum gaudeant Asyli; non item probari, quòd illi tantum gaudeant: cum similis dicti exclusio ibi non habeatur; consequenter per dictum Canonem non revocetur can. Sicus antiquitus. Universaliter cuiusvis in tali spatio existentis Asylum præbens.

Dices cum Covarruvia lo. cit. num. 5. Jul. Claro, 37 quibus adherere videtur Doctissimus Jacobus Wiesner lo. cit. n. 20. post Haunoldum lo. cit. Jus Asyli in spatio 40. vel 30. passuum sublatum esse consuetudine contraria, si que non amplius observari posse, aut debere, arg. c. fin. de Consuetud. Resp. I. cum Fagnano in c. Ecclesia. h. t. n. 20. S. Congregationem etiam post tempora Covarruvie & Julii Clari declarasse & decrevisse, Immunitatem in frequenter adducto spatio 40. vel 30. passuum indistinctè servari, consequenter tacitè insinuatè, usu ac consuetudine Immunitatem in tali spatio passum non esse sublatam, uti præfati opinabantur Doctores. Resp. II. Consuetudinem hanc non præsumi, sed debere probari; cum sit facti, quod regulariter non præsumitur.

mitur, sed probatione indiget per Jura supra n. 27. citata. Accedit, quòd, etsi forsitan in uno, aut altero loco consuetudo vigeret contraria, exinde non sequatur, eam etiam alibi, vel universaltè vigere.

38 Inferitur, quòd quia tum ex Jure, tum communi sententia Doctorem, tum ex S. Congregationis Decretis certum, vel quasi certum sit, Immunitatem Asyli intra spatium 40. passuum Ecclesie majoris seu Cathedralis, & 30. Ecclesie minoris, seu Capelle, aut Sacelli de jure adhuc subsistere, Judices Ecclesiastici in casu loco, ubi de Contraria consuetudine legitime præscripta non constat, semper posse, ac debere illam omnimodè manutenere, ac malefactores pro viribus defendere, relinquendo Potestati seculari onus consuetudinem probandi, si quando vi illius extraditionem præterdit. Quenam autem requirantur ad probandam talem consuetudinem, habes lib. 1. Tit. 4. de Consuetud.

39 II. Jus Asyli competit Cœmeteriis non tantum Ecclesie contiguis, sed etiam separatim ab ea, dummodò autoritate Episcopi sint erecta, & ad sepulturam Fidelium deputata. Prima pars de Cœmeteriis contiguis est certa apud omnes. Idque probatur ex Rubr. h. 1. & ex c. Cum Ecclesia. c. & c. fin. eod. atque ex Synodo Romana, ubi can. 3. ita statuitur: Sancimus, ut in eos, qui ad Ecclesiam, vel Cœmeterium confugiunt, nullus manum mittere audeat, quòd si fecerit, anathema sit.

40 De Cœmeteriis separatim quoque habetur doctrina, ut videre est apud Barbosa lib. 2. I. E. V. cap. 3. n. 36. Tufchum v. Ecclesia Concl. n. 3. Farinac. de Immunitate Eccles. n. 264. Engel. h. t. n. 10. & alios. Probatum tum ex Juribus n. præced. citatis, que utpote generaliter loquentia, generaliter de quovis Cœmeterio etiam separatim sunt intelligenda, arg. l. de Pretio. ff. de Publician. in rem act. Tum ex eo, quòd juxta dicenda infra, & specialiter juxta Bullam Gregorii XIV. Cum aliis (quam habes infra n. 82.) omnia loca sacra & Religiosa gaudente Jure Asyli; atque talis est etiam Cœmeterium autoritate Episcopi erectum aut deputatum per dicta supra Tit. de Religiof. Domib. n. 2. & 3. ergo.

41 Dicitur notanter autoritate Episcopi deputatum; quia ubi constat, Cœmeterium ab Ecclesia separatim, autoritate Episcopi erectum, vel pro sepultura fidelium deputatum non esse; Jure Asyli caret, etsi in eo jam aliqui essent sepulti. Ratio est; quia hujusmodi Cœmeterium non numeratur inter sacra loca, vel Religiosa per dicta Tit. 36. de Religiof. Domib. n. 3. In dubio tamen supponitur Cœmeterium, si in eo jam aliqui sepulti fuerint, autoritate Episcopi deputatum, consequenter Religiosum, & Asyli gaudens: quamvis enim terra aliqua fiat sacra aut Religiosa autoritate Pontificis, non ex eo, quòd mortuus inferatur, ut ait Glossa in can. In Ecclesiastico 14. cau. 13. q. 2. arg. c. Ad hæc de Religiof. Domib. tamen actus sepulture prætextu sufficienter præbet causam & signum prodecenter præsumendi, Cœmeterium hujusmodi autoritate Episcopi esse deputatum, ut cum aliis docet Farinac. de Immunitate Eccles. n. 264. Navarra in Manual cap. 25. v. Cœmeterium. & alii.

42 III. Competit Jus Asyli Oratoriis etiam privatis autoritate Episcopi erectis, atque ad Divinum cultum deputatis, etiam non consecrata. Fagnanus in cit. c. Ecclesia. h. t. n. 23. & ibi Abbas nu. 7. Joan. Andreas nu. 1. Ancharanus nu. 2. Sylvester v. Immunitas. num. 1. & alii communiter. Ratio est, que supra, quia hujusmodi Oratoria, etsi in domibus privatis existant, sunt loca Religiosa, c. Ad hæc de Religiof. Domib. hæc omnia gaudent Asyli, l. Pateant. c. de His, qui ad Eccles. & Bulla Gregorii XIV. Cum aliis ibi: Indistinctè locis

sacris, aut Religiosis Jus Asyli competere dicitur. Nec obstat, quòd DD. communiter dicant, & 43 S. Congregatio declaraverit, Capellas, aut Oratoria in palatiis, aut domibus privatorum Asyli non gaudere. Resp. enim cum Fagnano lo. cit. tam DD. quàm etiam S. Congregationem intelligendos esse de Oratoriis, & Capellis, que sine autoritate Episcopi sunt erecta; qualia plura habentur in ædibus privatorum: hæc enim cum Religiosa non sint, & ad usum Domini iterum ad usum profanum applicari possunt, ita, ut quod hodie est Oratorium, cras sit camera juxta voluntatem Domini, Asyli Jure minime gaudebunt, etsi de licentia Papæ, aut Episcopi sæpius in eo super Portali celebrata fuerint Missæ, uti tenet communiter, & declaravit sæpius S. Congregatio, uti videre est apud Fagnanum lo. cit. & alios. Secus est de Oratoriis, aut Capellis in domibus privatorum autoritate Episcopi erectis, & ad cultum Divinum deputatis; hæc siquidem quia verè sunt loca Religiosa, nec amplius ad usum profanum applicari possunt, c. Ad hæc. 4. de Religiof. Domib. ac insuper jurisdictioni & vifitationi Episcopi sint subjecta, non minus gaudent Asyli, ac Oratoria publica Episcopi autoritate erecta.

Inferitur proin contra Barbosa lib. 2. I. E. V. 44 cap. 3. n. 68. ubi etiam citat Abbatem, & Joan. Andream, qui tamen contrarium docent, in judicando, ad Oratorium aliquod gaudente Asyli Jure, non esse attendendum, an publicum sit, vel in domo privatorum, sed an autoritate Episcopi sit erectum nec ne; ita ut omne illud gaudeat hoc Jure, quòd dicta autoritate reperitur erectum, illud autem eodem careat, quòd absque præfata autoritate existit erectum, sive dein publicum sit, sive in domo privatorum, cum non locus publicus, sed autoritas Episcopi reddat Oratorium Religiosum, Religiositas autem tribuat Jus Asyli per dicta.

IV. Idem Asyli Jus competit omnibus Monasteriis, & Convenibus Religiosorum, eorumque domibus, & habitationibus Religiosis autoritate Episcopi erectis. Fagnanus in c. Ecclesia. n. 28. Barbosa lib. 2. I. E. V. cap. 3. n. 72. Layman lib. 4. tr. 9. cap. 3. n. 9. Lezana v. Immunitas. n. 3. Sylvester v. Immunitas, cum communi, & certa aliorum, arg. can. Quisquis. 21. in fine. cau. 17. q. 4. l. Omnia Privilegia. C. de Episc. & Cleric. & Bulla Gregorii XIV. ibi: Monasteriis, domibus, locisque sacris, aut Religiosis, ubi Monasterii nomine veniant non tantum interiora Monasterii claustra, cellæ, ac habitacula, sed etiam ejusdem hortus, area, domus familiarum, stabula animalium, officinæ, cunctaque alia loca, que intra Monasterii sepiam continentur, Barbosa lo. cit. Lezana lo. cit. Rämbeck Disp. 4. cap. 4. n. 19. Portel in Dubiis Regul. v. Immunitas. & alii communiter, arg. l. Pateant. C. de His, qui ad Eccles. confug. ibi: Nec sola Altaria & Oratoria &c. sed quæquid fuerit interjacent, sive in cellulis, sive in domibus, hortibus, balneis, arboribus, & portibus confugas interioris templi vice tueatur, & can. Id construimus. cau. 17. q. 4. atque Bulla Gregorii XIV. Ratio est: tum quia etiam hæc loca juxta communem in favorabilibus veniunt nomine Monasterii, & Religiosa sunt, cum que Religiosis adherent, Religiosa sunt, l. 43. ff. de Rei vindic. Accedit ubique recepta consuetudo, optima Legum interpret, c. 8. de Consuetud. & l. 37. ff. de Legib.

Extendunt aliqui, ut Roderiquez, Diana, & 45 alii hoc privilegium etiam ad domos, villas, & hospitia à Monasteriis separata, & que solius recreationis, vel œconomice causâ, aut pro recipiendis hospitibus habentur. Verum contrarium est probabilius, ut docet Barbosa lo. cit. n. 76. citans Gambacurt. & Trullench. Ratio est; quia hæc loca, nulla

ratione Religiosa sunt, cum nec Religiosis locis adherent, ut supponitur, nec autoritate Episcopi erecta sint, utpote quae autoritate privatam iam constructa emanant, vel donatione legatove accipiuntur, aut propria autoritate absque requisito consensu Episcopi constuantur, prout omnino fieri potest, juxta dicta Tit. de Edificand. Eccles. Pariter Asylum non gaudet exterior circuitus Monasterii (bene tamen Ecclesiae Religiosorum) per 30. passus, eod quod Jura solius Ecclesiae, & non Monasteriorum circuitui 30. passuum Jus Asylum dederint, eon. Sicut antiquitus. cau. 17. q. 4.

47 V. Jus Asylum universaliter competit omnibus & singulis locis piis ad charitatis, misericordiae, Religionis &c. opera. aliumve pium utum destinatis locis autoritate Episcopi erectis, consequenter Religiosis, qualia sunt Xenodochia pro pauperibus peregrinis, Nofocomia pro infirmis, Orphanotrophia pro educandis pueris & puellis, Hospitalia, seu Valetudinaria pro senibus, & debilibus, & alia hujusmodi. Barbosa lo. cit. n. 67. Abbas in c. Ecclesiae. h. t. n. 6. & ibi Fagnanus n. 27. Layman lib. 4. tr. 9. cap. 3. n. 3. Rambeck lo. cit. & communis aliorum. Ratio est; quia hujusmodi loca autoritate Episcopi erecta, sunt verè loca Religiosa, arg. c. Ad haec. de Religios. Domib. & amplius habes supra Tit. 36. de Religios. Domib. n. 2. & 5. atque cuncta loca Religiosa gaudent Jure Asylum, ut saepe jam dictum, ac praeter alia Jura, clarè patet ex Novissima Bulla Gregorii XIV. Cum aliis: ibi: Locisque sacris aut Religiosis. Accedit, quod privilegia Ecclesiis concessa, etiam dictis locis concessa intelligantur, l. Omnia. c. de Episcop. & Cleric. ergo.

48 VI. Competit etiam Jus Asylum Reis confagientibus ad SS. Eucharistiae Sacramentum, quod portatur ad aegrotum, vel inde reportatur, aut in Processione circumferuntur. Barbosa lo. cit. n. 69. Abbas in c. Sanè de Celebrat. Miss. Engel h. t. n. 12. Layman lo. cit. n. 4. Sylvester v. Immunitas. n. 1. cum communi aliorum contra Covarruviam lo. cit. n. 6. citantem pro se Glossam in can. Quaesitum cau. 13. q. 2. v. In Fatibus. Ratio est: tum quia praesentia Christi sub speciebus Sacramentalibus pro tempore videtur facere locum sacrum, ac Religiosum; si enim, ut bene argumentatur Delbene, ubi Papa, ibi Roma; Cur non ubi praesens Corpus Christi, ibi etiam locus sacer, aut Religiosus? Tum quia indecens videretur, quodd cum de Jure Civili, illi Jure Asylum gaudeant, qui confugiunt ad statuas Principis. L. un. C. de His, qui ad statuas confug. isti tali Jure privati sint, qui ad Regem Regum, ac Dominum Caeli & terrae confugiunt. Accedit Declaratio S. Congregationis edita in Meliteni 28. Maii 1626. apud Jacob. Pignat. Tom. 6. Consult. 4. n. 89. illis verbis: Carceratus sequens, & manu tenens fimbrium vestis Sacerdotis redeuntis ad Ecclesiam cum SS. Eucharistiae Sacramento, gaudet Immunitate.

49 Imò non tantum tangens vestem Sacerdotis portantem SS. Eucharistiae Sacramentum, sed etiam associans se Processioni, aut illis, qui SS. eum comitantur, gaudet Immunitate. Barbosa lo. cit. n. 69. Engel lo. cit. Diana p. 1. tr. 1. Resolut. 28. & alii satis communiter: tum ob dicta n. praeced. tum quia associati illi, aut comitantes omnes unà cum Sacerdote constituunt unam Ecclesiam vivam, arg. l. Ad Jul. Miss. Accedit rursus, & doctrinam certam reddit Declaratio S. Congregationis apud Jacob. Pignat. lo. cit. n. 90. illis verbis: Associans Processionem SS. Sacramenti gaudet Immunitate, 30. Septembris 1636.

50 Limitatur tamen Doctrina in casu, quo portatur Sanctissimum ad Reum in carcere detentum; hunc enim Asylum non gaudere, eui tangat vestes Sacer-

dotis Sanctissimum portantis, tenent teste Covarruviam lo. cit. Omnes. Quibus accedit consuetudo optima Legum interpret. c. 8. de Consuetud. Pariter Asylum non gaudet quis ex eo, quod in sacra Communione sumat, & in se retinet SS. Sacramentum; ut habet communis, & confirmat consuetudo recepta. Ratio est; quia Eucharistia non sumitur, ut ad alium in eo, qui sumpsit, colatur, sed ut fumens illum spiritali animae cibo reficiatur. Minus Asylum gaudet fugiens ad Sacerdotem, dum S. Oleum portat ad infirmos, Barbosa lo. cit. Sperel. Decis. 49. n. 4. & communis. eod quodd huic neque Jus, neque paritas rationis, nec consuetudo faveat.

VII. Jus Asylum competit etiam Palatio seu Domui Episcopi. Barbosa lo. cit. n. 70. Sylvester v. Immunitas. 3. n. 1. Fagnanus in c. Ecclesiae. h. t. n. 29. Layman lib. 4. tr. 9. cap. 3. n. 3. cum Glossa communiter recepta in can. Id constitutum. 26. cau. 17. q. 4. ubi etiam textus expressus habetur illis verbis: Id constitutum, ut à domo Episcopi Reos abstrahere omnino non liceat.

Idque procedit non tantum in casu, quo dictum Palatium intra 40. passus ab Ecclesia Cathedrali existit, in quo ferè omnes conveniunt, sed etiam, si longius distet. Abbas in c. Ecclesiae. h. t. n. 9. & ibi Fagnanus n. 29. Castro Palao tr. 11. Disp. un. punc. 6. n. 20. Barbosa lo. cit. Navarra in Manuali cap. 25. n. 18. Innocentius & Hostiensis in c. Inter alia. h. t. Covarruvias lo. cit. n. 5. Sylvester lo. cit. Layman lo. cit. n. 4. cum Glossa communiter recepta in cit. can. Id constitutum. cau. 17. q. 4. §. Vel domo. contra nonnullos à Barbosa citatos, arg. cit. can. Id constitutum. ubi uti ex textu patet, Legislator generaliter ac indistinctè loquitur; ergo etiam indistinctè de quovis Episcopi Palatio, five intra, five extra 40. passus existente, est intelligendum, arg. l. de Praetor. ff. de Publician. in rem ad. Ratio est; quia si solum Palatium, intra, & non extra 40. Passus existens haberet Jus Asylum, eidem nihil speciale à reliquis domibus Clericorum competere, sed & his, si intra 40. passus existunt, idem privilegium competat juxta dicta superius arg. can. Quisquis 21. cau. 17. q. 4. & bene observat cum Hostiensis Fagnanus lo. cit. Confirmatur ex eo, quodd Palatium Episcopi veniat inter bona Religiosa, cum poenae ac elemosynae Religiosis locis ut sic destinatae, etiam pro fabrica Palatii Episcopalis applicari valeant, ut cum communi docet Delbene de Immunitate. cap. 16. dub. 9. §. 14. n. 18. Quibus accedit, quodd in dubio semper favendum sit Immunitati, Barbosa lo. cit. n. 69. Sperel. Decis. 60. n. 13. Decian. Consil. 80. n. 22. & magis dicetur infra.

VIII. Competit Jus Asylum Palatii Cardinalium etiam illorum, qui non sunt Episcopi. Barbosa lo. cit. n. 71. Fagnanus lo. cit. n. 32. & alii communiter: quod licet Jure probari nequeat, cum nullibi reperitur textus, & de cetero Cardinalium Palatia inter loca Religiosa non veniant; privilegio tamen, vel consuetudine Jus Asylum eis competere potius supponant, quam probent Doctores; quavis praedicti Romani etiam illud testentur, privilegium hoc, vel consuetudinem, si quae fuit, in Urbe Romana non amplius procedere, sed esse sublatum. Fagnanus lo. cit. n. 33. Tufchus v. Ecclesia. Concl. 9. n. 12. Pax Jordan. Lucubrat. Lib. 2. Tit. 2. n. 206. ubi testatur, delinquentes ex Cardinalium domibus ad carceres & supplicia fuisse abstractos, idque, ne ob Asylorum nimiam frequentiam delinquentes passim manerent impuniti cum gravi boni publici jurisdictione.

De Personis, quae gaudent Jure Asylum.

SUMMARIUM.

- 54 Catholici Laici omnes utriusque sexus gaudent Asylum.
- 55 Etiam Excommunicati, aut interditi. Et n. seq.
- 57 Clerici secundum aliquos non gaudent Jure Asylum: usque ad n. 62.
- 59 Sanguinis sententiam ferre non possunt Clerici.
- 60 Clerici saeculares probabilius gaudent Asylum: probatur usque ad n. 67.
- 63 Jus Asylum est privilegium locale.
- 64 Exceptio unius firmat Regulam in contrarium.
- 65 Quod quique Juris in alterum staverit, uti ea & ipse debet.
- 66 Declarationes Cardinalium pro Clericis.
- 67 Respondetur ad fundamenta Adversariorum, usque ad n. 72.
- 69 Jus Asylum à qua poena liberet? Et n. seq.
- 71 Consuetudo non est universaliter contra Clericos.
- 72 Religiosi non gaudent Asylum contra suos Superiores: probatur usque ad n. 77.
- 73 Jus Asylum nihil prodest Religiosis.
- 74 Religiosi possunt à loco sacro extrahi.
- 75 Solvitur instantia.
- 76 Religiosi, si habuissent Jus Asylum, non amplius habent contra proprios Superiores.
- 77 Iudei, ac ceteri infideles gaudent Asylum. Solvitur L. 1. C. de His, qui ad Ecclesiam.
- 78 Leges Civiles disponentes de Ecclesiis, & earum personis etiam in eorum favorem non valent.
- 79 Infideles qualiter sint digni favore Ecclesiae?
- 80 Haeretici, si non ob haerese fugiant ad locum sacrum, gaudent Asylum.
- 81 Procedit in Germania, sed non alibi.

Exerientia constat, varios ad Asylum confugere Reos, seu Malefactores, tam Laicos, quam Clericos; tam viros, quam feminas; tam Catholicos, quam Haereticos. imò ipsos etiam Judaeos, Paganos, ac Infideles. Hinc quaestio ac controversia est, an omnes hi gaudeant Asylum?

54 Queritur I. An Laici Catholici omnes gaudeant Jure Asylum? Resp. I. Hos omnes & singulos (nisi habeant crimen exceptum, de quo Paragrapho sequenti) cuiuscunque aetatis, sexus, status aut conditionis sint, gaudere Jure Asylum. Ita certa & communis, arg. c. Inter alia. 6. h. t. & Bulla Gregorii XIV. Cum aliis, quae Bulla expressè de Laicis, & quidem de istidem indistinctè, ac generaliter loquitur, ibi: Laicis ab Ecclesiis confugientibus; ergo etiam generaliter ac indistinctè de omnibus saltem Catholicis (utpote de quibus nulla est controversia) intelligi debet; cum ubi Jus non distinguit, nec nos distinguere debeamus, l. de Praetor. ff. de Publician. in rem ad. & verba generalia generaliter sint intelligenda, c. Quia circa 22. de Privilegiis. Pariter indistinctè ac generaliter sine status, aetatis, aut sexus differentiâ loquuntur c. Inter alia. h. t. & alii Canonici; ergo.

55 Resp. II. Laici Catholici gaudent Asylum, etsi sint personaliter interditi, aut excommunicati, etiam denunciati, & publici Clericorum percussores. Covarruvias Variar. Resolut. cap. 20. n. 11. Layman lib. 4. tr. 9. cap. 3. num. 10. Pishing h. t. num. 22. Tufchus v. Ecclesia. concl. 10. n. 26. Sylvester v. Immunitas. 3. q. 3. & communis aliorum contra Felinum in c. Ad nobis de Except. num. 2. Ratio est;

quia Censurae Ecclesiasticae, etiam Excommunicatio non habet alios effectus odiosos, quam in Jure expressis: cum poenae non irrogentur, nisi expressè in Jure caveantur, nec ultra casus expressos extendantur per vulgaria Juris, & c. Oia. de R. I. in 6. atqui nullibi in Jure reperitur Excommunicatio, vel alterius Censurae effectus privans Malefactorum Asylum; ergo.

Diets. Excommunicati sunt privati communione Fidelium, & interditi ab ingressu Ecclesiae; ergo ex consequenti saltem, privati quoque erunt Asylum. Resp. I. Censurarum effectus non obligare urgente periculo damni corporis aut vitae, juxta communem tam Theologorum quam Canonistarum, ac dicenda Lib. V. praeterquam quod Censurae sint poenae medicinales, non mortales, arg. c. 1. de Sentent. Excomm. in 6. Resp. II. Esi dato non concessio effectus Censurarum etiam cum periculo corporis & vitae procederet, nondum sequeretur, Excommunicatos, aut Interditos; universaliter esse privatos Asylum; cum Excommunicatio non prohibeat ingressum Ecclesiae materialis, sed communionem fidelium. Interdictum verò, licet ingressum Ecclesiae vetet, tanen hoc non obstante possit Interdictus ad ambitum Ecclesiae, ad Monasterium, Hospitalia, Domum Episcopi &c. quae omnia in odiosis non veniunt nomine Ecclesiae, arg. c. In panis. & c. Oia. de R. I. in 6. confugere, ibique Asylum gaudere, quod idem facere possent Excommunicatus, seque, ubi est, pro possibilibus solum, & à communionem aliorum separatim retinere.

Queritur H. An etiam Clerici, & Religiosi gaudeant Jure Asylum, ita ut delinquentes à loco sacro extrahi, vel in illo, aut extra pariri non possint? Ante responsonem nota, quaestioem tantum esse, an tuti sint contra Judices ac Superiores Ecclesiasticos? contra Laicos enim Judices, Clericos ubique tutos esse, certum est ex privilegio Fori Clericis competenti, de quo alibi.

Notandum ulterius plures, eosque gravissimos Doctores, ut Abbatem In c. Inter alia. 6. h. t. n. 13. Roderiquez Tom. 2. qq. Regul. q. 5. a. 4. Syl. efferum v. Immunitas. 3. q. 3. Tertium. Azorium p. 2. lib. 9. c. & q. 9. §. Quis de Paganis. Layman lib. 4. tr. 9. cap. 3. n. 11. Sanchez lib. 6. Confil. cap. 1. dub. 8. n. 6. Castro Palao p. 2. tr. 11. Disp. un. pun. 7. n. 17. Haunoldam de Jur. & Jusf. Tom. 6. n. 168. ac novissimè Doctissimum P. Jacob. Wiestner in suo Jure Asylorum. p. 3. a. 3. n. 18. negativam teneret: moventur potissimum fundamentis sequentibus. I. Est Bulla Gregorii XIV. in qua licet omnia Jura antiqua Jus Asylum concernentia ad unam reducantur formam, tamen nulla Clericorum, sed tanum Laicorum sit mentio, ibi: §. Laicis ab Ecclesiis confugientibus; item §. Cura secularis Laicam delinquentem: item §. Revocamus omnia privilegia Laicis concessa extrahentes delinquentes. Ex quo ita argumentari licet: una specie ex duabus oppositis assumpta, altera censetur exclusa, l. Si inter. ff. de Except. rei indicat. junctâ Glossa v. Directè contrariis. in Clem. 2. de Testib. ergo quia Laici, & Clerici sunt duae species oppositae, can. Duo sunt. cau. 12. q. 1. illarum unâ assumpta, excluditur altera.

II. Quia Jus Asylum praecipue ed collatum, ut Rei confugientes tuti sint in vita & membris, arg. c. Inter alia. 6. h. t. ibi: Rectores Ecclesiarum sibi retinere debent membra, & vitam: atqui hic finis non respicit Clericos, vel Religiosos, utpote qui regulariter alias jam in his tuti sunt tam contra Laicos, quam Ecclesiasticos Judices; cum ab illorum jurisdictione sint exempti vi privilegii Fori: hi verò Rei poenam sanguinis infligere haud possint, arg. c. Clericis in sine, & c. Sententiam. 9. prin. Ne Clerici,

vel *Monachi*, ibi: *Sententiam sanguinis nullus Clericus dicitur aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exerceatur, intersit*; ergo.

59 III. Quia SS. Canonis ipsi volunt, ut Clerici delinquentes per Iudices Ecclesiasticos poenis etiam gravioribus v. g. perpetui carceris, verberationibus &c. puniantur, arg. c. *Novimus* 27. §. *Pro illo*, de *V. S.* & c. 1. de *Calumniatoribus*, cum Concordantiis.

60 IV. Si Clerici gaudent *Afilyo* contra proprios Iudices Ecclesiasticos, maximum sequeretur præjudicium discipline Ecclesiasticæ, manerentque cuncta ferme è graviora Clericorum, ac Religiosorum crimina impunita; hoc ipso, quòd Religiosi ordinariè omnes, Clerici verò seculares plurimi in domibus 40. vel 30. passus ab Ecclesia existentibus, vel non longè è distantibus habitant, ita ut contra punire volentes Iudices, ac Superiores Ecclesiasticos plerumque excipere possent, dicendo, se esse in loco *Afilyo*.

61 V. Probatur ex præxi & consuetudine ferme ubique vigente; quã videmus, Clericos tam seculares, quã Regulares delinquentes non obstante, quòd actum existant in loco *Afilyo* passim, & liberè puniri, inde extrahi, & ad *Trirèmes* mitti, vel etiam in ipso sacro loco perpetuis carceribus mancipari, aut al. à simili gravi censurâ affici; ergo eum consuetudo sit optima *Legum* interpret, c. *Cum dilectis*, 8. de *Consuetud.* in materia controversa juxta eam judicare oportet. Quibus non obstantibus

62 Resp. I. Clerici seculares æquè ac Laici gaudent *Jure Afilyo*. *Fagnanus* in c. *Inter alia* 6. h. t. d. n. 78. & ibi *Barbosa* d. n. 16. *Pirning* h. t. n. 35. *Tuschus* v. *Ecclesia*, concl. 9. n. 17. & *Concl.* 11. n. 27. *Clarus* *Pract. crimina*, lib. 5. §. *fit*, q. 30. n. 16. *Gattierrez* *pract. qq. Civil. lib.* 3. q. 3. n. 1. *Diana* p. 1. tr. 1. *Resoluta*, 24. *Roman. Consil.* 227. *per totum*, & communis aliorum; quorum plurimos citatos vide apud *Barbosam* lo. cit. quos in Theologia nostra *Morali Tr.* 12. *Dist.* 2. n. 19. jam sumus secuti. Conclusio probatur I. Canonibus in materia *Immunitatis* generaliter ac indistinctè loquuntur, non distinguendo inter Clericos, & Laicos, uti videre est c. *Inter alia*, 6. h. t. can. *Reum*, 9. can. *Dissimul.* 35. cau. 17. q. 4. cum *Concordantiis*, ac *L. 2. C. de His*, qui ad *Eccles. confug.* ergo generaliter ac indistinctè intelligendi sunt, arg. c. *Quia circa*, 22. de *Privileg.* & l. de *Pretio ff. de Publician. in rem act.* præsertim, quia per verba generalia negativa prohibetur, violenter extrahere *Reum* à loco *Afilyo*; universale enim negativum vel maximè etiam Clericos comprehendit, ut post *Joan. Andream* notat *Fagnanus* lo. cit. n. 68.

63 Probatur II. Privilegium *Afilyo* est locale potius quàm personale, utpote concessum ipsis Ecclesiis, aliisque locis Religiosis propter reverentiam & honorem eis debitum, arg. can. *Dissimul.* 35. cau. 17. q. 4. ibi: *Basilie reverentia defendatur, san. Si quis reverentiam SS. Ecclesiarum non habuerit, & fugientem &c. can. Frater*, 10. ead. cau. & q. ibi: *Nullus inter limina penerationis deputata &c. cum Concordantiis*. Atqui privilegium locale extenditur ad omnes in eo existentes, qui non sunt specialiter excepti, prout cum Comuni etiam Adversariorum doctor *Bartholus* in l. *fin. C. de Testam.* & *Baldus* in l. *Si non specialit. C. de Testam.* qualiter excepti nullibi reperiuntur Clerici; ergo.

64 Probatur III. Clerici non sunt deterioris conditionis quàm Laici; ergo illi non minus quàm isti gaudent *Jure Afilyo*; præsertim cum ab hoc privilegio universitaliter dato, nullibi reperiantur Clerici exclusi, seu poenis inclusi ex eo, quòd certi Malefactores in specie à dicto privilegio sint excepti: excep-

tio enim unius firmat Regulam in contrarium, arg. l. *Quæstium* §. *Denique*, ff. de *Fund. inst. uel. & c. de Conjug. lepro.*

Probatur IV. Ecclesia juxta etiam Adversarios 65 constituit *Jus Afilyo*, & præcipit universilater, ut nemo *Reum* ad *Ecclesiam confugientem abstrahere audeat*, san. *Reum*, q. cau. 17. q. 4. cum *Concordantiis*, ergo & ipsa eandem Legem per suos Iudices Ecclesiasticos observare debet; quia quòd quisque *Juris* in alterum statuerit, ipse debet uti eo, & *Sapientis* dicat *authoritas: parere Legem, quam tu ipse tuleris*, c. *Cum omnes* 6. de *Constit.* Accedit, quòd eadem Ecclesia omnibus universilater, consequenter etiam Judicibus Ecclesiasticis prohibuerit *Reum* extrahere, arg. cit. c. 22. de *Privileg.*

Probatur V. Et quidem efficaciter ex repetitis 66 Declarationibus S. Congregationis Cardinalium, quarum unam refert *Barbosa* in *Collect. Bull.* v. *Immunitas*. plures etiam adducit novissimè *Jacob Pignatel. Tom. 6. Constat* 4. n. 101. unam illis verbis: *Immunitate gaudent Clerici, qui post delicta patrata ad Ecclesias confugiunt extra casus in Bulla Gregoriana comprehensus, quo in casu Abbat is opinio communiter est rejecta, & reprobat a S. Congregatio in Tropiensi*, 24. Jan. 1617. Alteram n. 110. illis verbis: *Clerici confugiens ad Ecclesiam gaudent Immunitate, etiam respectu utriusque Judicis. Eadem S. Congregatio in Faventina* 20. Augusti 1601. & in *Tropiensi*, 24. Januarii 1617.

Ad fundamentum in contrarium, & quidem ad 67 primùm ex Bulla Gregoriana delumptum, Resp. cum *Fagnano* lo. cit. n. 95. In Bulla Gregoriana non idè de solis Laicis fieri mentionem, quãsi verò Clerici *Afilyo* non gauderent, sed idè, quia Papa eam principaliter edidit pro favore Laicorum, contra Principes, & Potestates seculares, qui prætextu Privilegiorum, & Indultorum, quibus utebantur, delinquentes Laicos pro libitu extraherent, uti patet statim ad initium Bullæ. Et quia contra Clericos similia Indulta non habebant, nec aliquem extraherent, imò defectu jurisdictionis in eos, extrahere nullum poterant, non erat necesse, nec fini Bullæ conveniens, de Clericis aliquam facere mentionem.

Ad secundum respondetur, quãvis *Jure Afilyo* 68 præcipue protegantur vita, & membra, tamen, vi illius etiam ab aliis poenis immunes sunt existentes in loco *Afilyo*, arg. c. *Inter alia*, 6. h. t. ibi: *Non possunt condemnari ad mortem, vel ad penam*; ubi *Glossa* ait, *ab omni penarum genere nisi securi*, id quod expressè etiam habetur can. *Id constitutum*, 36. cau. 17. q. 4. ibi: *Et à morte, & debilitate, & omni penarum genere sunt secuti*.

Ad Tertium respondetur, posse & debere Clericos 69 per Iudicem Ecclesiasticum puniri, etiam gravissimis poenis, si extra locum *Afilyo* deprehendantur, aut capiantur; sed, si ad illum securitatis gratiã se conferant. Poenis verò levioribus, vel etiam aliquo modo gravioribus, non tamen criminaliter, & ad publicam vindictam, sed correctionis, ac discipline Ecclesiasticæ gratiam indigentes possunt etiam in ipso sacro, aut Religioso loco capi, aut puniri; quia ab hoc penarum genere solam correctionem ipsius delinquentis respiciente non liberat *Jus Afilyo*, arg. c. *Inter alia*, 6. h. t. ibi: *Super hoc tamen, quod inique gessit, est aliis legitime puniendus, sicut nec à præstanda læsa satisfactione competenti eximit*, arg. can. *Reum*, & can. *Id constitutum*, cau. 17. q. 4.

Ad quartum respondetur, illam sequelam in Clericis 70 secularibus non adè esse timendam; tum quia pleræque eorum domus etiam dum propè Ecclesiam sunt, tamen intra 40. vel triginta passus non existant. Tum quia etiam ibique maneant, variis poenis

penis *Jus Afilyo* non violentibus, v. g. Censuris, depositione ab Officiis, privatione Beneficii, ac etiam aliis correctivis juxta dicta n. præc. coerceri possunt, præterquam ob delicta excepta per Iudices suos extrahi possunt ut Laici; consequenter delicta eorum non maneant impunita, ut bene observat *Fagnanus*, & *Barbosa*.

71 Ad quantum respondetur modo, quo supra de consuetudine adversus *Jus Afilyo* intra 40. vel 30. passus ab Ecclesia, quòd videlicet cum sit facti, probari debeat, & probata in uno loco, non nocet *Afilyo* loci alterius; & per consequens in casu occorrente, pro *Immunitate* judicandum, ac excipienti, onus probandi consuetudinem, imponendum sit: Vide dicta n. 37. Verùm quavis hæc responsiones fundamentis adversariorum videantur satisfacere, fatendum tamen ea per illas non ita enervari, quin sententia contraria, videlicet, quòd Clerici non gaudeant *Jure Afilyo* contra Iudices proprios Ecclesiasticos, maneat adhuc probabilissima, adè, ut eidem adherendum videretur, nisi aliud suaderent repetitæ Declarationes Cardinalium num. 66. citatæ: quales quæ de Religiosis non existant, idè;

72 Resp. II. Ad quæsitum principale n. 57. positum, Religiosi vel nunquam fuerunt gavisi, vel certe, si gavisi sunt, de facto non gaudent amplius *Jure Afilyo* contra Superiores proprios. Prima pars, quòd scilicet de *Jure* nunquam gavisi sint *Afilyo*, docetur ab omnibus Doctores citatos n. 57. citatis, cum quibus etiam sentit *Roderiq. Tom. 2. q. Regul. q. 51. a. 4. Portel.* in *Dub. Regul. v. Ecclesia Immunitas*, ac plures alii contra Doctores citatos n. 62. qui universilater docent, Clericos tam Regulares, sive Religiosos quàm seculares gaudent *Afilyo*. Probatur autem eadem prima pars Conclusionis imprimis per fundamenta allegata n. 57. utpote, quæ etiam de Religiosis procedunt, ut considerandi patet.

73 Probatur efficaciter secundò. *Jus Afilyo* penitus nihil prodest, nec ullum favorabilem parit effectum Religiosis contra proprios Superiores: ergo eis non competit. Probatur Ant. Si quid eis prodesset, tunc illos tunc redderet à poena mortis, vel mutilationis, vel ab alia poena gravi, vel etiam levi, & efficeret, quòd per sententiam ad poenam condemnari non possent, nec violenter è loco *Afilyo* extrahi (hi enim sunt effectus *Immunitatis* per dicenda infra §. 6.) atqui nihil horum respectu Religiosorum contra Superiores proprios efficit *Jus Afilyo*; ergo. Probatur Min. Nam primò non reddit eos tutos in vita & membris, quia in his aliis jam absque *Jure Afilyo* tuti sunt contra proprios Superiores; cum hi poenâ sanguinis afficere nullum possunt, arg. c. 9. *Ne Clerici*, vel *Monachi*. Deinde non liberat eos ab aliis gravibus poenis, nec à sententiâ condemnatoria ad illas; cum Superiores Regulares tam ex *Jure communi*, quàm ex Statutis particularibus à S. Sede approbatis, ac etiam ex consuetudine notoria possint non tantum formare Processum judicarium ac criminalem, atque per sententiam condemnare delinquentes ad gravissimam poenam v. g. perpetui carceris, *Trirèmes* &c. sed etiam eandem exequi, uti patet ex c. *Dilectus*, il. 2. de *Simon.* Item ex Bulla *Gregor. XV. Universi Domini* quæ est 34. in Bull. *Cherub*, Tom. 3. vi cujus possunt Sollicitantes in Confessionali ad perpetuos carceres condemnari, vel etiam ad *Trirèmes*; ac videre est in Statutis Ordinum, atque consuetudo confirmat; ergo. Minus immunes sunt Religiosi delinquentes à levibus poenis: tum quia harum illatio, correctionis causâ facta non obest *Immunitati* juxta ipsos Adversarios: tum quia si Superiores non obstant loco *Afilyo* possent delinquentes affi-

cere gravibus poenis, poterunt etiam levibus: nam, *cui licet, quod plus est, licet utique quod est minus*, c. 52. de *R. J.* in 6.

Tandem etiam non efficit *Jus Afilyo*, quin Religiosi violenter possint è loco *Afilyo* extrahi: quia possunt de *Jure communi*, & statuario ab Ordine etiam nolentes expelli, ut constat ex *Tit. de Regularib.* §. 8. ac etiam condemnari & mitti ad *Trirèmes* juxta dicta n. præc. ex quo patet infirmam esse responsionem *Fagnani* lo. cit. n. 92.

Dices cum *Barbosa* in c. *Inter alia* h. t. num. 27. 75 Hæc omnia verificari, si Religiosi delinquant in ipsa Ecclesia, vel Monasterio; quia tunc indignum est protectione loci Religiosi, cui injuria arrogavit, vel si extra quidem delinquant, redeat ad Monasterium aut Ecclesiam, non *Afilyo* fruendi gratiã, sed ex alia causa; scilicet esse, si extra Monasterium, vel alium locum sacrum delinquant, & dein se conferat ad illum animo fruendi *Afilyo*. Resp. etiam in hoc ca. v. Religiosos non gaudent *Afilyo*; sive enim in, sive extra Monasterium delinquant; item sive animo fruendi *Afilyo* ad Monasterium redeant, aut ibi maneant, præfatis gravibus poenis puniri, ab Ordine expelli, & etiam ad *Trirèmes* mitti possunt, juxta *Jus commune*. B. Illas Pontificias, & Statuta Ordinum, ac ubique notoriè vigentem consuetudinem. Accedit, quòd quis non privetur *Afilyo* ex eo quia delinquit in loco *Immunitatis*, nisi ibidem committat homicidium, vel mutilationem juxta dicenda infra §. *seq.* Neque è loco sacro extrahi possit, etsi ibi sine animo fruendi *Afilyo* sit, ut bene notat *Fagnanus* in c. *Inter alia*, h. t. num. 86. arg. can. *Dissimul.* cau. 17. q. 4. Consequenter, cum ex confessione *Barbosæ* & *Sequacium* Religiosi non gaudeant *Afilyo*, quo tamen alii in simili casu gaudent, signum manifestum est, eis hoc *Jus omninò non competere*.

Probatur secunda pars, nempe quòd etsi de *Jure* 76 aliquando gavisi essent, de facto tamen non amplius gaudeant *Afilyo* Religiosi contra suos Superiores Regulares; cum enim *Jus Afilyo* non nisi *Jure humano* sit introductum juxta num. 21. contra hoc autem valet consuetudo, c. *fin. de Consuetud.* certum ac indubitatum est, dicto *Juri* quoad Religiosos per consuetudinem plenè esse abrogatum, eò quòd universalis praxis ac consuetudo spud omnes Religiones notoriè vigeat (ita ut probatione non indigeat, uti de aliis consuetudinibus diximus n. 71. & alibi) graviter etiam Carcere perpetuo, ac *Trirèmes*, vel expulsiōne ab Ordine &c. puniendi delinquentes Religiosos sive in, sive extra Monasterium delinquant; sive cum sive absque animo fruendi *Afilyo* in Monasterio, aut alio loco Religioso sint. Quæ consuetudo & praxis non tantum à SS. Pontificibus toleratur, sed etiam commendatur, ac specialibus Bullis confirmata, atque propriis Ordinam Statutis à S. Sede approbatis stabilita est; ergo.

Quæritur III. An Judæi, Pagani, ac cæteri Infideles, qui in Christum non credunt, gaudeant *Afilyo*? Resp. omninò probabilè esse affirmativam; etiam si ad veram Fidem se convertere nolint. *Fagnanus* in c. *Inter alia*, 6. h. t. n. 60. *Sylvester* v. *Immunitas*, n. 2. & 3. *Archidiaconus* in can. *Dissimul.* cau. 17. q. 4. ac plures alii citati à *Fagnano* lo. cit. *Barbosa* lib. 2. *I. E. V. cap.* num. 41. contra *Covarruviam* lib. *Variar. Resolut.* cap. 20. num. 11. *Clarus* lib. 5. §. *fin. q. 30. n. 17.* & alios. Idque probatur: tum quia *Jura* universilater ac indistinctè loquuntur, uti videre est can. *Reum*, cau. 17. q. 4. c. *Inter alia*, 6. h. t. cum *Concordantiis*. Tum quia *Juri Afilyo* est privilegium locale non personale juxta dicta. Tum quia favores sunt extendendi c. *Quia de R. J.*